




# Antonii Mancinelli Versilogus

<https://hdl.handle.net/1874/422370>



## **Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell Huybert van Buchell (1513-1599)**

**Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:**

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:**

- de rug van het boek
  - de kopsnede
  - de frontsnede
  - de staartsnede
  - het achterplat

## **This book is part of the Van Buchell Collection Huybert van Buchell (1513-1599)**

**More information on this collection is available at:**


<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:**

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board


**Rariora**

**B. oct.  
90**



100  
101  
102  
103  
104  
105  
106  
107  
108  
109  
110  
111  
112  
113  
114  
115  
116  
117  
118  
119  
120  
121  
122  
123  
124  
125  
126  
127  
128  
129  
130  
131  
132  
133  
134  
135  
136  
137  
138  
139  
140  
141  
142  
143  
144  
145  
146  
147  
148  
149  
150  
151  
152  
153  
154  
155  
156  
157  
158  
159  
160  
161  
162  
163  
164  
165  
166  
167  
168  
169  
170  
171  
172  
173  
174  
175  
176  
177  
178  
179  
180  
181  
182  
183  
184  
185  
186  
187  
188  
189  
190  
191  
192  
193  
194  
195  
196  
197  
198  
199  
200  
201  
202  
203  
204  
205  
206  
207  
208  
209  
210  
211  
212  
213  
214  
215  
216  
217  
218  
219  
220  
221  
222  
223  
224  
225  
226  
227  
228  
229  
230  
231  
232  
233  
234  
235  
236  
237  
238  
239  
240  
241  
242  
243  
244  
245  
246  
247  
248  
249  
250  
251  
252  
253  
254  
255  
256  
257  
258  
259  
260  
261  
262  
263  
264  
265  
266  
267  
268  
269  
270  
271  
272  
273  
274  
275  
276  
277  
278  
279  
280  
281  
282  
283  
284  
285  
286  
287  
288  
289  
290  
291  
292  
293  
294  
295  
296  
297  
298  
299  
300  
301  
302  
303  
304  
305  
306  
307  
308  
309  
310  
311  
312  
313  
314  
315  
316  
317  
318  
319  
320  
321  
322  
323  
324  
325  
326  
327  
328  
329  
330  
331  
332  
333  
334  
335  
336  
337  
338  
339  
340  
341  
342  
343  
344  
345  
346  
347  
348  
349  
350  
351  
352  
353  
354  
355  
356  
357  
358  
359  
360  
361  
362  
363  
364  
365  
366  
367  
368  
369  
370  
371  
372  
373  
374  
375  
376  
377  
378  
379  
380  
381  
382  
383  
384  
385  
386  
387  
388  
389  
390  
391  
392  
393  
394  
395  
396  
397  
398  
399  
400  
401  
402  
403  
404  
405  
406  
407  
408  
409  
410  
411  
412  
413  
414  
415  
416  
417  
418  
419  
420  
421  
422  
423  
424  
425  
426  
427  
428  
429  
430  
431  
432  
433  
434  
435  
436  
437  
438  
439  
440  
441  
442  
443  
444  
445  
446  
447  
448  
449  
450  
451  
452  
453  
454  
455  
456  
457  
458  
459  
460  
461  
462  
463  
464  
465  
466  
467  
468  
469  
470  
471  
472  
473  
474  
475  
476  
477  
478  
479  
480  
481  
482  
483  
484  
485  
486  
487  
488  
489  
490  
491  
492  
493  
494  
495  
496  
497  
498  
499  
500  
501  
502  
503  
504  
505  
506  
507  
508  
509  
510  
511  
512  
513  
514  
515  
516  
517  
518  
519  
520  
521  
522  
523  
524  
525  
526  
527  
528  
529  
530  
531  
532  
533  
534  
535  
536  
537  
538  
539  
540  
541  
542  
543  
544  
545  
546  
547  
548  
549  
550  
551  
552  
553  
554  
555  
556  
557  
558  
559  
560  
561  
562  
563  
564  
565  
566  
567  
568  
569  
570  
571  
572  
573  
574  
575  
576  
577  
578  
579  
580  
581  
582  
583  
584  
585  
586  
587  
588  
589  
590  
591  
592  
593  
594  
595  
596  
597  
598  
599  
600  
601  
602  
603  
604  
605  
606  
607  
608  
609  
610  
611  
612  
613  
614  
615  
616  
617  
618  
619  
620  
621  
622  
623  
624  
625  
626  
627  
628  
629  
630  
631  
632  
633  
634  
635  
636  
637  
638  
639  
640  
641  
642  
643  
644  
645  
646  
647  
648  
649  
650  
651  
652  
653  
654  
655  
656  
657  
658  
659  
660  
661  
662  
663  
664  
665  
666  
667  
668  
669  
670  
671  
672  
673  
674  
675  
676  
677  
678  
679  
680  
681  
682  
683  
684  
685  
686  
687  
688  
689  
690  
691  
692  
693  
694  
695  
696  
697  
698  
699  
700  
701  
702  
703  
704  
705  
706  
707  
708  
709  
710  
711  
712  
713  
714  
715  
716  
717  
718  
719  
720  
721  
722  
723  
724  
725  
726  
727  
728  
729  
730  
731  
732  
733  
734  
735  
736  
737  
738  
739  
740  
741  
742  
743  
744  
745  
746  
747  
748  
749  
750  
751  
752  
753  
754  
755  
756  
757  
758  
759  
760  
761  
762  
763  
764  
765  
766  
767  
768  
769  
770  
771  
772  
773  
774  
775  
776  
777  
778  
779  
780  
781  
782  
783  
784  
785  
786  
787  
788  
789  
790  
791  
792  
793  
794  
795  
796  
797  
798  
799  
800  
801  
802  
803  
804  
805  
806  
807  
808  
809  
810  
811  
812  
813  
814  
815  
816  
817  
818  
819  
820  
821  
822  
823  
824  
825  
826  
827  
828  
829  
830  
831  
832  
833  
834  
835  
836  
837  
838  
839  
840  
841  
842  
843  
844  
845  
846  
847  
848  
849  
850  
851  
852  
853  
854  
855  
856  
857  
858  
859  
860  
861  
862  
863  
864  
865  
866  
867  
868  
869  
870  
871  
872  
873  
874  
875  
876  
877  
878  
879  
880  
881  
882  
883  
884  
885  
886  
887  
888  
889  
890  
891  
892  
893  
894  
895  
896  
897  
898  
899  
900  
901  
902  
903  
904  
905  
906  
907  
908  
909  
910  
911  
912  
913  
914  
915  
916  
917  
918  
919  
920  
921  
922  
923  
924  
925  
926  
927  
928  
929  
930  
931  
932  
933  
934  
935  
936  
937  
938  
939  
940  
941  
942  
943  
944  
945  
946  
947  
948  
949  
950  
951  
952  
953  
954  
955  
956  
957  
958  
959  
960  
961  
962  
963  
964  
965  
966  
967  
968  
969  
970  
971  
972  
973  
974  
975  
976  
977  
978  
979  
980  
981  
982  
983  
984  
985  
986  
987  
988  
989  
990  
991  
992  
993  
994  
995  
996  
997  
998  
999  
1000








B. oct.  
90

Rariora

*Whit*





# ANTO NII MANCI

nelli Versilogus, diligen-  
ter ab Iohanne Murmel-  
lio uerae lectioni restitu-  
tus, eiusdemq; commen-  
tariolis explicatus. Nunc  
denuo multis ijsq; foedis  
mendis expurgatus.

Ex officina Eucharis  
Ceruicorni, Anno  
M. D. XXXII



ex dono Buchely





# IOHANNES

MVRMELLIVS RVREMVN

densis, Petro Nehemæo Drolshagio,  
præclaro bonarum artium pro  
fessori S. D.

**V**ersificatoriae artis quanta sit utilitas, nemo est, uel  
modicæ literaturæ, qui ignoret. De qua cum multa  
ab egregijs scripta grammaticis extant opuscula, tum ma-  
xime ad instituendos pueros, idoneus uidetur Antonij Mar-  
cinelli (hominis rei literariæ peritissimi) libellus, quem il-  
le (quod de uersibus componendis rationem, sermonemue  
contineat) uersilogum non inepte nominauit. In hunc stu-  
diosæ iuuentutis gratia, commētariolos olim calamo tumultu-  
ante scripsi: quos iam recognitos, & à mendis repurga-  
tos, tibi Petre literatissime nuncupatim dedico, peculiari-  
terq; ascribo. Quod munusculum, licet haudquaquã sit præ-  
tiosum, & te, homine mei nominis amantiſſimo, non satis di-  
gnum, erit tamen (ut spero) mutui erga te amoris mei, qua  
lecuncunq; ueluti pignus ac monumentum. Vale ex urbe  
Monasteriensi, octauo Calēdas Februarij, Anno salutis no-  
stræ supra millesimum quingentesimonono.

ANTONIVS MANCINELLVS

inchoyto adolescenti Iohanni Michaeli de bonis  
augurijs, clarissimi uiri Dominici filio, urba  
ni quidē gymnasij doctoris summi, S. P. D.

**A**ugur Romulidas inter celebrande Michael  
Laudibus innumeris, spes, decus, aura, meis.  
Calliopete nostra petit, chorus ipse sororum,  
Consequitur, Phoebo percutiente lyram.  
Has tu suscipiens, lauro redimitus ad altam  
Parnasi Cyrphin, ilico ductus eris. Ductus eris, pro  
Hic sacrum nectar libans dicere poeta: (duceris.  
Ascrei calamos Calliopeia dabit.  
His igitur poteris, clari memoranda parentis  
Plurima uicturis tradere carminibus.  
At quia permagna est genitori copia laudum,  
Deficient uires promere cuncta tibi.  
Quid refert? Iacobus adest, Marcellus & alter,  
Est Bernardinus gloria Romulidum.  
Cantabunt igitur, uersu quaecumq; decoro  
Promere noluerit Calliopeia tibi.  
¶ Augur hic est cognomen. Romulidæ dicunt Ro  
mani a Romulo conditore. Persius:  
Verum inter pocula quærunt  
Romulidæ saturi, quid dia poemata narrent.  
Michael medram pducit: q̄ aut vulgus eam corripit,  
hinc reor puenisse, quia accentu acuto vltima, pnun  
tia, pro lege barbarorum nominū: ideo mediā, quæ  
grauē accentum habet, creditum est natura breuem

esse, qđ in plurimis dictionibus euenisse cōpertū habemus. Angelus tñ Politianus versus hunc reliquit:

Verinus Michael florentibus occidit annis.

Calliope musarum optima est, & bona vox interpretat. Verg. Vos o Calliope precor aspirate canēti. Dicit etiam Calliopeia. Oui. Prima sui cœpit Calliopeia chori. Parnassus mōs est Phocidis (vt ait Strabo li. ix.) qđ vniuersus consecratus existit, antra & alia loca honore & sanctitate digna cōtinēs. Est qđ in Parnasso rupes quædā prærupta, fundosam relinquens vallem, per quam plurimus amnis dispergit, quæ rupes Cyrphis vocat, hinc itaq; biceps Parnassus dicit. Ibi aut Phœbus musis præesse fertur lyra sonans.

Ascra vicus ad Heliconis partē: vbi Hesiodus patris ouis custodiens, visis musis, ac dijs alijs, ad fontē Hippocrenen ductus, clarissimus factus est poeta. Calliopeia igitur dabit tibi calamos Ascrei: hoc est, tales fistulas, quales olim Hesiodo dedisse perhibet.

Iacobus tetrasyllabum est, & penultimam producit. Claudianus: Ne laceres versus dux Iacobe meos. Quatuor filios habuit Dominicus de bonis augurijs, vtriusq; iuris doctor: quorum primo Iohanni Michaeli hunc versilogum dedicauit Mancinellus. Alij tres vocantur Iacobus, Marcellus, Bernardinus.

Cantabūt igit, ordo ē, subaudi frēs tui cantabūt decoro versu, quæcunq; Calliopeia noluerit pmere tibi. Romulidūm p syncopen dixit, p Romulidaz.

### De uersu hexametro.

**H**exametrum senis pedibus deducere carmen,  
Thespiades mouēre deæ, pia numina uatum:

*Heroum quintus, spondeum sextus habet,  
Communes reliquis debent utrique reponi.*

Versus (vt Diomedii placet) est partium legitima dispositio, & pedum culta copulatio consonanti specie, metricam exhibens regulam. Versuum genera plura sunt: sed inter omnia frequentissimi versus sunt, heroicus hexameter, & elegiacus pentameter. Heroicus versus dictus est, quod eo res gestæ heroicæ describi solent: hexameter vero, quod sex regiones habet, quarum quinta soli dactylo, sexta soli spondeo propria est, reliquæ ijs cōes sunt. Thespiades dictæ sunt musæ, à Thespia oppido Heliconi, ppinquo patria Thespidis, quæ musarum nutrix fuisse tradit.

### *De pedibus hexametri uersus.*

*Dactylus è longa fiet, breuibuscq; duabus:  
Martius ostendit, uel carmina, nempe latinis.  
Spondeum faciet, dissyllaba dictio longa.  
Multi, uel currunt, amensue, exempla teneto.  
Ultima cuiuscq; est communis syllaba uersus.*

Pes est metrica constitutio syllabarum. Pedes multi sunt, inter quos duo solum, dactylus & spondeus, uersum hexametrum constituunt, quorum etiam cognitio tibi tyruncule sufficit. Dactylus constat ex una longa, & duabus breuibus syllabis, ut Martius, carmina. Spondeus uero ex duabus longis, ut multi, currunt, amens. Trocheus in sexta regione aliquando positus uideatur, sed quia uelultima syllaba cuiusque uersus communis est, in illa spondeus semper reside- re cōprobat. Tertia autem regio, tribrachyn aut iam-



bum non admittit: nam syllaba finalis, quæ natura breuis est, gratia pentimemeris, id est, semiquinarie pducitur: & sic illic vel dactylus est vel spondeus.

Auctarium, ex arte versificatoria eiusdem Murellij sumptum ad verbum. Nec hoc prætereundum mihi videtur, quod equidem ab omnibus huius artis scriptoribus (quos hæctenus non paucos legi) præteritum miror, in quinta nonnunquam regione, peana primum inueniri.

Illuues scabies oculos hinc denique petigo. *Lucilius*

Denique caelesti sumus omnes semine oriundi.

Apud Plinium in libro natur. histor. xxxv.

Marcus Ludius Elotas, Aetolia oriundus. *Prud.*

Scrutari æternum regem cognouimus Iesum. *Idem*

Bile sub obliqua pretiosam proderit Iesu.

### De carmine elegiaco.

Pentametri dabitur primis Romane duobus,

Spondeus duplex, duplex uel dactylus, aut sint

Alterni: post hos bene syllaba longa sequetur.

Inuenies quandoque breuem tu plura legendo.

Dactylus inde duplex, post unica syllaba detur.

Elegiacus versus dicitur, quod eo, hexametro addito miserabiles hominum ærumnæ, amorumque labores describi solent. Elegos enim luctus interpretatur. Hinc elegia, quasi luctuosum carmen. Poetæ tamen etiam res lætas eo carmine postea scribere ceperunt.

Pentameter dicitur, quod duabus semiquinariis constat. Semiquinaria autem duos pedes & syllabam continet. Prior semiquinaria, constat ex duobus dactylis, & longa syllaba, ut: Maxima de nihilo: vel ex duobus

Spondeis & longa syllaba, vt: *O* nullis tutum: vel ex altero dactylo, & altero spondeo, ac longa syllaba, vt: *I*mmemor antiqui. Posterior vero pentametri semiquinaria, semper ex duobus dactylis & syllaba constat, vt: *N*ascitur historia. Pectore profer opus.

*V*ulneris arma capit. Quod monet ipse facit. In priori semiquinaria post duos pedes, aliquando brevis syllaba superat.

Propertius; *O*uidi.

*O*mnia si dederis, oscula pauca dabis.

*S*i nihil attuleris, ibis Homere foras.

*C*lauditur oprime pentameter dissyllaba dictione, dehinc tetrasyllaba, vt:

*O* nullis tutū credere blāditijs. Reliqs vero deterius.

Auctarium ex Despauterio.

Non omnia quæ grammaticis dura videntur, poetæ vsquequaque refugerunt. Desinit enim pentametrum venuste in dictionem dissyllabam, nec male in tetrasyllabam, pentasyllabamq;: interim etiam in hexasyllabam. Duriter autem in trisyllabam, durissime autē in monosyllabam, nisi enclitica sit: quæ ad superioris dictionis substantiam pertinere videtur: aut nisi monosyllaba præcedat.

*O*uidi. i. trist.

Interdicta mihi cernitur Italia. *M*artia.

Dantur opes nullis nunc, nisi diuitibus. *P*roper.

Cōtractū nullis añ cupidinibus. *H*elena ad *P*aridem; *M*ar.

*N*ec sedeo duris torua supercilijs, *P*rop. in. pri. lib.

*P*rotinus ingentes sunt inimicitia. *M*art.

*E*t caput impositis pressit amor pedibus. *C*atul.

*S*unt hæc trita quidem *z*oile, sed mea sunt. *T*olera-

*A*ut facete hæc à te dictaq; factaq; sunt. *Q*ui. v. tristiu.

*B*iliora sunt i fine duo monosyllaba. *Q*ui. v. tristiu.

Præmia si studio consequar ista, sat est. Monosyllaba præeunte synalœpha frequens est. Quidius:  
Et solum constans in leuitate sua est.

### De tempore.

Temporis unius correpta est syllaba semper,  
Longa duum: Nono Fabij præcepta notarunt.  
In pede sic quinto spondeus saepe locatur.  
Dactylus æqualis spondeo in tempore, nam fit.  
Cornua Velatarum obuertimus Antennarum:  
Tertius Aeneidos meminit.

Tempus est mora qua syllaba effertur: longa autem syllaba duo tempora, breuis vnum habet, vt in nono libro oratoriae institutionis Quintilia. & in. ij. Prif. tradiderunt. Tantum em̄ temporis vna longa proferenda absumitur, quantum duabus breuibus exprimendis. Dactylus temporum quatuor est: Spondeus est ei æqualis temporibus; hinc aliquando in quinta regione, quæ dactylo propria est, inuenitur.

Vergi. in Bucō.

Chara deū soboles magnū Iouis incrementum.

Horatius:

Inuitum qui seruat, idem facit occidenti. Quotiescunq; aut̄ id fit à poetis, fere obseruatur, vt in quarta regione sit dactylus, ne tres spondei se cōtinue subsequantur, quod tamen nonnunquam, licet rarissime,prehenditur.

### De potestatibus literarum.

Inter uocales i duplex consona fiet.  
Maiores, meio, uel, maij, pandit abunde.

Syllaba detur ei duplex, hec syllaba sola:

Vniusq; etiam cui dicas: huic quoq; iunge:

Ille cui patuere, cui Albinus tamen inquit. Prif. 7.

Letus huic dono uideas dare thura nepotes.

Falsus huic pennas: sylvarum protulit autor.

Accipe Pompei: quarto Nasonis habetur:

Ast aliqui Pompei dicunt. Vultei quoq; Caiq;

Durus ait Vultei nimis attentusq; uideris. Hora. 7. epist.

Caius à prima tremebundus luce salutat. Mart. 9.

Quod debes Cai redde, inquit, Phœbus & illic. Mar. 9.

Litera est minima pars vocis, quæ scribi potest indiuidua. Literarum aliæ vocales, alię consonantes. Vocales quinque sunt, a, e, i, o, v, sic dictæ, quod per se voces perficiuntur: Y additur græcorum causa nominum. Reliquæ consonantes dictæ sunt, quia cum vocalibus sonant. Quarum aliæ sunt semiuocales, aliæ mutæ. Semiuocales à vocali incipiunt, & in se desinunt, & sunt hæc septem, f, l, m, n, r, s, x, quibus additur, z, propter græcas dictiones. Omnes autem semiuocales, sonum ab e vocali inchoant, & in se terminant, præter x, quæ teste Prif. ab i, incipit: f, tamen sola, nomine est semiuocalis, potestate vero (vt idem Prif. multis rationibus probat) est muta. Sunt autem præter f mutæ octo, b, c, d, g, k, p, q, t, quia à proprio sono incipientes, in vocalē e desinunt, præter k, quæ in a terminat, & superuacua litera est, & quæ in u vocalem sonum finit. Inter semiuocales duæ sunt veræ liquidæ, l, & r, quæ post mutam positæ, vocalem præcedentem naturam breuem, non cogunt positione esse longam, sed sæpe liquefcunt, id est, cedunt, & illam bre-

uem esse permittunt. Sunt etiam duæ duplices consonantes, x, & z. X, enim vim habet cs. vt: pax, vel gs. vt rex. Z, geminū s̄ valet, vt: gaza: veteres em̄ gassa scribebāt. Ex vocalibus, i, & u, consonantes fiunt, quæ suum sonum amittūt, & aliam vocalem in vna syllaba præcedunt, vt: Iuno, Venus. I autem consonans, inter duas vocales, in simplici dictione posita, duplex consonans est, vt: maiores, meio, Caius, Pompeius. In compositis aliquando simplex manet, vt: bijugus, quadrijugus, reijcio. Ouid. iiii. meta. Corpora rum bijugum, piētis insignia frenis.

Iuuenalis septima sat.

Quadrijugis in vestibulis atq; ipse feroci. Verg.  
Tityre pascentes à flumine reijce capellas.

Est enim proceleusmaticus in .v. regiōe p̄ dactylo, vt Seruius testat. Est etiā nōnunq̄, i, cōsonans in fine syllabæ, vt Priscianus scribit lib. vii. & hæc dictiones on̄dunt: cui, huic, Pompei, Vultei, Cai, & similes vocatiui. In ei, quoq; cōsonans est, & monosyllaba est dictio, vt idē vult. xi. lib. sed p̄ diæresin à poetis, in duas syllabas diuiditur: aut ideo duæ syllabarum est, etiā in soluta oratiōe, vt ab interiectione hei, quæ monosyllaba est, differat. Hinc Mancinellus dicit:

Syllaba detur, ei, duplex, hei syllaba sola.

In datiuis, cui, & huic, p̄nuntiādis, duo cauēda sunt: vnū ne diuisis syllabis p̄feram<sup>o</sup>: alterū ne, u, q̄ illic vocalis est, sonū in p̄nuntiatiōe p̄dat. Albinus p̄ diæresin primo reæ Romanæ lib. cui, dissyllabū p̄tulit: Ille cui ternis Capitolia celsa triumphis, Sponte deum patuere: cui freta nulla repostos Abstondere sinus, non tutæ mœnibus vrbes.

Staius similiter primo syllarum, huic, diuisit:  
Latus huic dono videas dare thura nepotes,  
Et falsus huic pennas, & cornua fumeret ethre.  
Idem tamen saepe huic monosyllabum protulit.  
Huic quamuis census dederit largita beatus, Et huic  
Hermum fuluoq; Tagum decurrere limo. De voca-  
rius in isciendū est, q̄ autore Prif. oīs vocatiuus secū  
dā declinatiōis i, i, vna syllaba minor est ntō suo: Hic  
Pompei Vultei Fonteī duarū syllabarū sunt: qm̄ Pom-  
peius, Vulteiū tres syllabas habēt. Cai aut̄ monosyl-  
labum est, quia Caius duarū syllabarū est. Sed i in illis  
vocalis esse nō pōt: nā si vocalis esset, diphthongum  
faceret. Tales aut̄ diphthongos, nō habēt latini. Poē-  
tā tamē interdum diæresi vtentes, vnā syllabam in  
duas resoluunt: & tamen mōre suo vocalem añ vo-  
calē producunt. Ouid. in principio quarti de ponto:  
Accipe Pompei deductum carmen ab illo.  
Mart. ix. Quod debes Cai redde, inquit,  
Phœbus, & illic: vbi etiam nt̄m, Caius, trisyllabum p̄-  
tulit, Caius à prima tremebundus luce salutat.

¶ **Auētarium.** Diæresis est vnus syllabæ in duas diuī-  
sio, vt: syluæ, dissyllabum est, sed vates Lyricus Hora-  
tius per tres syllabas, syluæ, dixit. Vnde Iohannes  
Desp. libro primo artis versificatoriæ:  
Scandere si bene vis, tu nosce diæresin apre:  
Ex vna per quam duplex fit syllaba semper.  
Sic, syluæ, vates Lyricus, trisyllabon effert.  
Synæresis est duarū vocalium in vnā cōtractio  
naturaliter diuisarum.

i simul et iunctæ uocali, consonæ habentur:

Continuo ueruntamen unica syllaba fiet,  
Vt: Ianus, Iuno, uinum, uacinia, uellus.

¶ I & u de uocalibus cōsonantes fiūt, quādo in eadem syllaba præpositæ alteri uocali, sonū suū amittunt, ut Ianus, Iuno, ybi, i, fere sonum, g, habet, vado, uenus, uanum: ybi u fere sonum f tenet.

V post g seu q uocali nempe sequente,  
Vim perdit: iam, lingua, docet: iam pandit, iniquus.

Euanescit item dicendo, suescōue, suctus,  
Dicendo & suauis, persuadeo, suuferendo,

Quod tu id maluisti: Lucilius edidit ipse, Tul. de fi.

Stattus at dixit: quas nox inopina suasit. In Theb. 1.

Flaccus item scribit: furesq; feraq; suctæ. Hora. ser. li. 1.

Consona uocalis facta est in, persoluenda;

Nunc quoq; te saluo persoluenda mihi. Oui. 6. epist.

¶ V post g q s uel positū, sæpe vim literæ perdit, ut lingua, iniquus, suesco, sanguis, aqua, suauis, uinguis, qualis, suadeo. Non enim uocalis esse potest, cū in eadem syllaba alia uocalis sit: & diphthongus esse non possit, cum nulla diphthongus ab u incipiat, & huiusmodi syllabæ sæpe corripiantur. Neq; in illis dictionibus cōsonans est: nā si consonans esset, cū altera sibi, pposita positionem faceret: qd minime fieri dictio, aqua docet, cuius prima est correpta. Verg. Propter aquæ riuum uiridi procumbit in herba. Poetæ tñ interdum qñ v post s ponitur syllabā diuidunt: & v fit uocalis. Stat. Theba.

Quas nox inopina suasit. Horatius. viij. satyra primo sermonū.

Cum tibi non tantam furesq; feræq; suetæ.  
Solet etiam poetica licentia u ex vocali fieri con-  
sonans. Lucilius, referente Cicerõe in finibus bono-  
rum & malorum:

Quod tu id maluisti. Verg. i. geor.

Tenuis nec lanæ per cælum vellera ferri.

Contra, aliquñ ex consonante fit vocalis. Tibul.

Pectora tristitiæ dissoluenda dedit.

Similiter i modo ex vocali consonans efficitur.

Seneca trag. ij.

Cuncta diuitias metuitq; casus.

Est enim versus sapphicus. Hinc etiam Alexan-  
der Gallus artis uelificatoriæ pirus, uersus sic reliq.

Diuitias nuptias simul induciasq; minasq;

Vbi in dictione nuptias i facta est cõsonas. Id eti-  
am diligens lector apud probatos sæpe comperiet.

Econtrario, i modo ex consonante fit vocalis. Se-  
neca in quarta tragædia.

Si qua feruëti subiecta cætro est: nam & hic sap-  
phicus uersus est.

## De scanfione.

Ex, ijdem, ac eisdem, uocalis tollitur una,

Seu potius binas uocales uertis in unam:

Si simul atq; ijs tu mona syllaba dicere debes:

Dij quoq; dijsq; simul tolletur littera prima,

Semianimus lector semiustus semihominisue:

I perdunt quoties scandendo diuido carmen.

E dehinc amittit, sic deinceps è quoq; perdit,

Oq; proinde suum dimittere debet ubique.



E deerat perdit: deest perdere uult simul illud:  
Sic decro, deessem, uel deesse. Tamen puer audi:  
Cogitat ut speciosa dehinc miracula promat. Horat.  
Flaccus in arte tulit. Summus fert ipse poeta:  
Vix ea dicta, dehinc progressus monstrat ad aram. 8. ene.  
Fracta dehinc cunctis, auersaq; pectora bello. Theb. 8.

¶ Scansio est legitima metri in pedes singulos distinctio, & commensuratio. Origo nominis hinc est, q̄ per pedes ipsos, quasi scalarum gradus, scandentes incedimus. In scansiōe ijdē, iisdem, ij, ijs, dij, & dijs alterum i abijciunt.

Horat.  
Iidē eadem p̄nt horam durare probantes. Idem.  
Dij tibi diuitias dederint artemq; fruendi.

Alij dicunt, q̄ per synæresin duo ij in vnum coeunt. Semianimis, semiuustus, & semihominis, in scansione, i, perdunt.

Stattius:  
Viscera semianimesq; libens traxisse medullas.  
Dehinc, deinde, & deinceps e in scansione amittunt.  
Ver. Sic dehinc effarus frondenti tempora lauro.  
Hora. Vnguibus & pugnis dein fustibus atq; ita porro. Dehinc tamen sæpe dissyllabum remanet. Proinde o abijcit in metro.

Vergi.

Proinde tona eloquia.  
Deest, deerat, & deerit alterum e dimittunt. Luca.

Non deest prolato ieiunus venditor auro.

E quoq; sæpe fugit, uocali post subeunte,

Vergilius profert, alucaria iumine texta. in. 4. Geor.

Nec tantum Rodope miratur & Ismarus Orphea, in Bu.  
Ferreiq; Eumenidum thalami & discordia demens.

Iam ualidam Ilionei nauem, iam fortis Achate, in. I. enei.

Caucasæsq; refert uolucres, furtumq; Promethei.  
Ilioni quidam ueruntamen atque Promethi. In Buc.  
Scribendum monuere, synæresin efficiendo.

¶ E sequente altera uocali, in scansione sæpe eliditur: aut p synæresin duæ uocales in vnã cocunt, siue vna, p duabus ponitur. Est autē synæresis conglutinatio duarum syllabarū in vnã facta. Tibul. Rure leuis uerno flores apis ingerit alueo. Ver. i. an. Iam validam ilionei nauem iam fortis Achate. Quidã ramē scribūt ilioni, & non ilionei. Sic. ij. geor. Corticibusq; cauis vitiosæq; ilicis aluo: p synæresin teste Seruio, aluo pro alueo dicitur.

### De collisione.

Ethlipsis necat m: uocalem aufert synalœpha.  
Multum ille & terris fuerat iactatus & alto. Ex. i. ene.  
Terminat in nomen quoties uocalis, & illud  
Consequitur, prima est uocalis & m remouenda  
Dictio præcedens uocalem post retinendo,  
Illam dimittit uocali quippe sequente.

¶ Scansioni accidūt ethlipsis & synalœpha, Ethlipsis dici potest expressio, uel elisio: fit autem quãdo sequente uocali, consonans præcedentis diëtiois exprimitur cum sua uocali: Eadem figura uocatur ellipsis, uel ellepsis, & transfertur à Quintiliano detractio. Verg. Monstrum horrendum ingens, cui q̄t sunt corpore plumæ. Scanditur enim sic: Monstror, rendin, gens cui, quot sunt, corpore plumæ. Synalœpha interpretatur coniunctio, compressio, uel complexio. Et fit quando uocalis aliqua in fine dictionis, per subsequentiẽ uocalẽ abijciatur in metro. Verg.

O scilla ex alta suspendunt mollia pinu. Sic em̄ dimē  
suratur, O scil, lex al, ta sus, pendunt, mollia, pinu.

¶ Auctarium ex Despauterio.

¶ Dicimus ellipsis cum i in secunda syllaba, vel cū  
e ellepsis, & interpretatur (vt dictum est) detractio  
ab ex & lipo vel lepo, id est, desero, deficio, linq̄. Di  
citur etiam ec̄thlipsis vel ec̄thlepsis cū e exili & tha  
spirato, id est, exp̄ssio vel elisio, ec̄thlibo, id est, expri  
mo, elido, excludo. Caue ne dicas cum indoctis  
scandifare.

Id tamen haud semper possunt seruare poetae.

Insulae Ionio in magno fert musa Maronis.

3. enei.

Victor apud rapidum simoënta sub Ilio alto.

Et uera incessu patuit dea, ille ubi matrem.

Ter sunt conati imponere Pelio Ossam.

In Geor.

Et longum formose uale, uale, inquit, Iola.

In Buc.

Clamarent ut littus hyla hyla omne sonaret.

In Buc.

Credimus an qui amant ipsi sibi somnia fingunt.

In Buc.

Egerat à stabulis ò Erythee tuis.

Proper. 4.

Rumpe moras omnes turbataq; arripe castra.

Verg. 10.

Nomen & arua locum seruant te amice nequiu.

Saltem laudemus dummodo ipse egeat.

Catul.

Bellorum pompa animam exhalasset opimam.

Sat. 10. Iuu.

Insignita forent tum millia militum octo.

Ennius.

Et formã contra positarum imagine coni.

Priscia.

Viendū est recte cum propter plurima tum his.

Iuu. sa. 10.

Ast aliqui tamen h scripserunt consona quod sit.

¶ Pluribus exemplis comprobatur poetas non semper seruare id quod dictum est de m cum sua uocali

elidenda: si subsequens dictio a vocali incipiat, & de vocali in fine dictionis per alteram subsequentem interimenda. Solent enim sæpe in integrum seruari cum sua vocali, vt:

Insignita forent tum millia militum octo.

Frequenter etiam vocalē seruant incolumē. Verg.

Stant & iuniperi & castaneæ hirsutæ.

Interdum non totā vocalē excludunt, altera subsequēte: sed vnū tempus abijciunt, & ex longa breuem syllabam faciunt, græcorū imitatione. Idem

Te Corydon o Alexi, trahit sua quæq; voluptas.

S cum vocali sibi iuncta aliquando mouetur,

Aut ouium foetus, aut vrentes culta capellas. 2. geor.

Inter se coisse viros & discernere ferro. Aeneid. 2.

At Seneca octauo uult esse: Et cernere ferro.

Dispositis prædiues hamis vigilare cohortem. III. 14.

S, quoq; sola perit: te namq; exempla docebunt.

Arboribus veteres decidere fulcibus ramos. Lucr. 5.

Affixus nostris tu dabis supplicium. Catul.

Sudor tibi arcano florentes igne smaragdos. Theb. 2.

Interea sol albus recessit in infera noctis. Ennius.

Linguis insani ridentis præmia scribe. Hora. in ser.

S, aliquando in metro cum sua vocali abijcitur.

Virgilius in ij. Georgicorum.

Aut ouium foetus aut vrentes culta capellas.

Alij tamen versum sic legunt: Aut foetus ouium aut vrentes culta capellas. Alij vero non foetus sed foetum legunt. Idem in xij.

Inter se coisse viros & discernere ferro.

Seneea tamen in octauo epistolarum libro non de-  
cernere, sed cernere legit, vt simplex positum fit pro  
composito: sicut apud Ennium: Ferro non auro vi-  
ta cernamus vtriq;. Aliqñ, s, sola abiicitur vocali re-  
manere. Et hoc mō fit in fine quinti lib. Lucretij:

Arboribus veteres decidere falcibus ramos.  
Modo in principio dictionis. Horatius:

Linquimus infani ridentis præmia scribæ.

### Auctarium

¶ In prædicto versu Iuue. Dispositis prædies ha-  
mis censeo cum Britannico esse legendum potius ar-  
mis. Auarus em̄, de quo loquitur poeta, dispositis ar-  
mis res suas custodit, non hamis, quod alij in præ-  
ponunt quibus fures caperentur. )

### De uersu hypermetro

Exuperat uersus cui syllaba hypermeter esto.

Ecce furens animis aderat Tirynthius, omnemq;

Accessum lustrans, huc ora ferebat & illuc. 8. Aene.

Finem principio uersus adiunge sequentis,

Quæ accessum dicens: de cunctis sic quoq; fiet.

¶ Versus hypermeter vel hypermetrus dicit, cui  
syllaba in fine superest: quotie scunq; tamen hoc fit,  
sequens uersus a uocali inchoatur, quæ uocalem in  
fine præcedentis uersus elidit.

### De aspiratione.

Vim quandam in uersu aspiratio habere uidetur.

Haud tamen id uerum est: illa sine namq; re legi

Carmina multa, quibus synalœphe nulla tenetur.

Exempla ostendi uideas, illa subeunte:

- Posthabita coluisse Samo, hic illius arma. 1. Aenei.  
Pontice cum Licino hic quoq; magnus homo est. Mar. 2.  
Si fur displiceat Verri, homicida Miloni. Iuue. 2.  
Atq; Catullus ait: iam dicetur hymenæus. 3. Aenei.  
Vergilius: manibus hominum perijsse iuuabit.  
Quid mirum? plura inuenies, non hac subeunte,  
Longa quidem prolata, licet correpta locanda.  
Dum sanguis inerat, Lucani continet alter. Luc. 2.  
Nam tibi Tymbre caput Euandrius abstulit ensis. 10. e.  
Luctus ubiq; pauor, & plurima mortis imago. 2. ene.  
Et furijs agitated amor, & conscia uirtus. 12. Aenei.  
Pectoribus inhians, spirantia consulis exta. 4. Aenei.  
Nostrorum obruimur, oriturq; miserrima cædes. 2. ene.  
Liminaq; laurusq; dei totusq; moueri. 3. Aenei.  
Sideraq; uentiq; nocent, auida q; uolucres. 5. fast. Ouid.  
Mittit Hypermestra de tot modo fratribus uni. Idē in epi.

¶ H, non est litera, sed aspirationis nota, autore Prisciano in primo libro. Pleriq; autem ob hoc dictiones per h scriptas, eodem modo pronuntiar, ac sine h scriptas, ut hora & ora, hara & ara, hac & aceodem modo enuntiant: quorū manifestus est, error, ex ipso aspirationis nomine. Angelus Politianus, in vndeuigesimo miscellaneorum capite, sic scribit: Est uero obseruandū, ut etiam in pronuntiando, quemadmodum in scribendo, uocibus aspices. Quod autem in metro nullam vim habeat, contra multorum opinionem late belleq; probat nunc Mancinellus.

¶ Ultimū exemplū, quod Nasonis est, quidam purgāt,

quod græce Hypermeſtre ſcribatur per ita.

## De prima ſyllaba

**O**cto rite modis noſcetur ſyllaba prima:  
Seu poſitu, ſeu diphthongo, ſeu præpoſitiua,  
Deductu, exemplo, vel norma, compoſitiue,  
Vocali ante aliam, poſitus tamen eſſe feretur,  
Cum poſt vocalem ponetur conſona bina,  
Vel plures, aut X duplex, aut Zeta vel i ſit.  
Vt: tempus, luſtrum, dixerunt, azymus, aio.  
Hinc ſemper longa eſt vocalis quælibet ante.

¶ Syllaba eſt cõprehenſio literarum, quæ ſub vno accentu, & vno ſpiritu profertur. vt, ab, de, rex, dens, frons, ſtirps: abuſiue tñ & ſingulas vocales ſyllabas dicimus, a, e, i, o, et v. Syllabarũ aliæ primæ, aliæ mediæ, aliæ vltimæ. Monosyllabæ autem diſtiones inter vltimas ſyllabas cenſent. Prima ſyllaba octo modis cognoscitur, poſitione, diphthongo, præpoſitione, deriuatione, exemplo, regula, compoſitiõẽ, & vocali ante alteram vocalem. Poſitio eſt, cum duæ aut plures conſonantes, aut vna duplex vocalem ſequitur, in eadem vel diuerſis diſtioneibus, vt tempus, luſtrum, axis, azymus, aio. Sed aut tres exceptiões animam attende o ſtudioſe tyro: vna eſt, ſi diſtio in breuem vocalem terminetur, & ſubſequens ab x, vel z, incipiat, ideo nõ producitur illius diſtionis vltima.

Lucanus:

Tales fama canit tumidũ ſuper æquora Xerxem.

Virgilius:

Iam medio apparet fluẽtu nemoroſa zacinthoſ.

Dictio præcedens positu quandoq; potitur.

Vindicta grauior, quàm iniuria: fert Iuue. Sat. 16.

Occulta spolia, & plures de pace triumphos. Sat. 8.

Cur hederæ hæc cincta est, hederæ gratissima baccho. Oui.

(3. fast.

¶ Secunda exceptio est: Si dictio in breuem vocalem desinat, & subsequens à duabus consonantibus inchoetur, aliquando illius dictionis vltima, ob consonantes subsequentes, producitur, vt: Occulta spolia, & cætera: aliquando remanet breuis, vt: Ibant quo poterant, quo nõ poterant ibi stabant.

L, tamen r̄q; simul post mutam forte sequentes,

Vocalem efficiunt communem, si breuis esset.

Vt: Cyclades, Doryclus: uel Cyclades, atq; Doryclus.

Sic, patris, ac tenebræ: patris uel siue tenebræ.

¶ Tertia exceptio est, si vocalem natura breuem, muta cum liquida sequat, facit eam communem, hoc est, quæ modo corripitur, modo produci possit. Sunt autem duæ veræ liquidæ, l, & r, vt Cyclades primam habet communem: doryclus, mediam: patris primam indifferentem habet: tenebræ vero mediam.

M, simul n, græcis liquidæ quoq; uocibus insunt.

Ecce inter primos Theranneo à sanguine clausi. Sil. 8.

M tanq̄ posuit mutam. Marcus tamen inquit:

Delectat Marium si perniciosus Ichneumon. In. 7.

Euterpe cohibet nec polymneia. Hora. 1. car.

Communem mediam, Græcis seruabit arithmos.

¶ M, & n, in græcis dictionibus nonnunquam liquescunt. Hinc græci arithmos modo media breui,



modo longa vtuntur. Sæpe etiam vocalem ante m,  
& n, positam corripunt, Silius in viij.

Ecce inter primos theramneo à sanguine clausi.

¶ Hic, m, tanquam mutam posuit, sic Horatius in  
primo oda.

Euterpe cohibet nec Polymnëia.

Est em̄ versus asclepiadeus & ei, diphthongus diui-  
sa est. Sunt tñ qui legunt: Euterpe cohibet nec poly-  
himnia. N, etiã sæpe, post mutam posita, liquescit.

Ouidius:

Pisicosamq; Gnidon grauidãq; Ametunta metallis.

Martialis:

Delectat marium, si perniciosus Ichneumon.

## De diphthongo.

Diphthongus græce producitur atq; latine.

Euterpe, prædico, docent: bræuiato, præustus.

Corripies etiam Romane, præire, præesse.

¶ Diphthongus est duarum vocalium in vna syllaba  
comprehensio, vnum efficiens sonum. Et sunt quatuor  
apud Latinos, æ, au, eu, & œ, vt etas, aurum, curus,  
fœlix. Præ, sequente vocali corripitur. Verg.  
Stipitibus duris agitur sudibusve præustis.

Aliquando diphthongus, per digressin, in duas bre-  
ues syllabas diuiditur. Carullus:

Si linguam clauso tenes in ore. Idem.

Verbosa gaudet Venus loquela. Mart. v.

Nunc viuit neuter si bibo nosq;.

Sunt enim versus Phaleucij.

## De præpositione.

Compositæ, de, præ, se, di, quoq; præpositiua.

Sunt producendæ, dirimo breuiare memento.

A simul e, longa est uocali non subeunte.

Amitto, euado, nobis exempla dabuntur.

¶ Præpositio tanta esse solet in cõpositione, quan-  
ta per se est. Hinc de, præ, se, di, a, & e, pducunt, vt: de-  
fero, p̄dico, sepono, diligo, amoueo, emitto. Excipiũ  
tur, dirimo, disertus, apio, q̄ primã corripit. Ouid.  
Hanc deus & melior litem natura diremit. Hora.  
Fœcundi calices quem non fecere disertũ. Ouidi.

Tunc aperit mentes æuo rarissima nostro.

Ab, uel ad, obq; breue est, uocali nempe sequente,

Nempe re corripitur: refert, producit, esse

Vtile significat quotiens, distatue notabit.

Producit reduco quidem, breui atq; reduco.

Dij tibi dent capta classẽ redducere Troia. Ho. in. 2. ser.

Palma negata macrum donata reducit opimum. Idẽ. 2.

¶ Ab, ad, ob, in, sub, per, sequẽte uocali, in compo-  
sitione corripunt, vt abigo, adamo, abeo, inuro, sub  
igo, pereo. Re, in compositione corripit, vt: repo-  
no, recurro. Refert impersonale, significãs interest, vel  
distat, primam producit. Prudentius:

Nil refert armis contingat palma dolisve.

Redduco, reñcio, rettuli, reppuli, repperi, & rella-  
tus, primam positione producant. Reduco uero, re-  
ñcio, rettuli, repuli, relatus, primã natura corripit.

Pro longam docco, uocali non subeunte.

Nam, proauus, prohibet, soliti breuiare poetæ.

Corripunt etiam, profugusue, procella, profanus.

Tum pronepos, propero, proficiscor, siue proteruus.  
Sicq; professus, eritue, propheta, profecto, profundus.  
Adde simul dictisue, profundus, siue profectus.  
A prope, siue procul, dixerunt talia duci.  
Corripit & prologus, tu cætera nosse labora.

¶ Pro in compositione plerunq; producitur, nisi  
vocalis sequatur, vt: pro auus, phibeo. Multa tñ ex-  
cipiuntur, in quibus pro corripitur: & hæc quidam  
credunt composita à prope vel à procul.

### De deriuatione.

Deductæ uoces, primaria rite sequuntur.

Hinc donum, à dono ueniens, producitur vsq;.

¶ Deriuatiua solent plerunq; primitiuorum quã-  
titatem retinere, vt: donum, primam producit, quia  
dono, à quo deriuatur, primam habet longam. Sed  
hic modus valde incertus est, & duæ latissimæ sunt  
exceptiones: sed quia tyrunculis hæc scribuntur, bre-  
uitati studebo.

A breuibus deducta quidem, producimus ista:

Iunior, & casus, statutus, tegula, remus,  
Vitupero, humanus, laternaq; secula, rapum,  
Legem, iucundus, binus, totus, quoq; regem,  
Regula, uel denu, nonus, uocem, quoq; trinus,  
Viginti, Italiam, uel macero, uenaq; uomer,  
Iumentum, pecus: iungantur secius, humor,  
Sicelis, ac fomes, ceritus, iugera, sedes.

Cætera Marte tuo poteris dinoscere lector.

¶ Hæc vna est exceptio: Hæc dictiones, à breuibus

derinateque producantur. Iunior iuuenis, casus à cado,  
statutus à statutum, tegula à tego, remus à remoueo,  
vitupero à vitium, humanus ab homo, laterna à la-  
teo, seculum à seco vel à sequendo vel à sene, rapum  
à rapio, legis nomen à lego, iucundus à iuuo, binus à  
bis, totus à tot, regis nomen à rego, regula à regor,  
denus à decem, nonus à nouem, vocis nomen à vo-  
co, rinus à ter, viginti à bisginta, Italia ab Italus, ma-  
cero à macer, vena à venio, vomer à vomo, iumen-  
tum à iuuo, pecus à pero, secius à seco, humor ab hu-  
mus, Sicelis à siculus, fomes à foueo, ceritus à ceres,  
iugerum à iugum, sedes à sedeo.

*Hec nata ab longis correpta reponere debes,  
Sume dicax, stabilis, manus, & titulus, uel arista,  
Iunge lucerna, sopor, quater, atq; farina, disertus,  
Sic fragor, aut fragilis, ducis, atq; tigillus, ossella,  
Adde uadumue, sagax, prædictis adde sigillum,  
Iunge uirum, uel aquam, noto uerbum: iunge quaternus,  
Inde mamilla, fides, siquidem, nato, siue bubulcus,  
Hinc odium, lotium, fatuusue, curulis, acerbus,  
Et femur, ac ligulam, vel omasum, sic & aceruus.  
Cetera Marte tuo poteris dinoscere lector.*

¶ Altera exceptio. A longis deducta corr. Dicax  
à dico, stabilis à sto, manus à mano, titulus à tutum  
rum, arista ab areo, lucerna à luceo, sopor à sopio, q-  
ter à quatuor, farina à farre, disertus à dissero, fragor  
à frango, fragilis ab eodem, ducis nomen à duco, ti-  
gillus à tignum, ossella ab ossa, uadum à vado, sagax  
à sagio, sigillum à signum, vir à vis, aqua ab equo, no

ro verbum, à notum notu supino, quaternus à qua-  
tuor, mamilla à mamma, fides à fido, siquidē à si, na-  
to à natum supino, bubulcus à bos, odium ab odi, lo-  
tium à lotus, fatuus à fatū supin. curulis à currus, acer-  
bus ab acer, femur à femen, ligula à lingua, omasum  
ab omen, aceruus ab aggero.

## De exemplo.

*Exemplo utemur, ratio cum deficit vlla.*

*Inde siler breuio, sectans exempla Maronis.*

*Curua tenent, ut molle siler, lentæq; geniste. Ver. 2. gē*

*Hinc Ruffine sequar te, cum penultima dicens.*

*Tullius hunc laudat, cui sit penultima longa.*

*Tubera sunt fungi, tuberes at poma uocantur.*

*Obijce producas, obice at correpta locetur.*

*Correptum subicit, productum subijcit esto.*

¶ Exemplo cognoscimus primæ syllabæ quanti-  
tatem, cum ad alicuius probati poætæ confugimus  
autoritatem, vt stylus primam corripit, dicente Ho-  
ratio:

*Sæpe stylū veritas itæ quæ digna legi sunt.*

Georgius Val. in lib. de poetica. Hoc nobis ad omne  
carminis genus summum fuerit præceptum, vt cla-  
rorum poëtarum multa carmina teneamus, ea si-  
dem non ad quantitates syllabarum modo dinoscē-  
das præstabunt autoritatem: sed magnam quoq; in  
dicendo copiam facient, ingenium excitabunt & iu-  
diciū maturabunt.

## De primis syllabis communibus.

Communem retinent primam, quæcumq; sequitur,  
Gradius, Peleon, palatia, siue Diana,  
Hymen, Eidene, rubigo, liquorue, Pachinus  
Sichæus tineæ, vitrum, liquidusq; Sicanus,  
Britanni, ac Italus, Bithynus, siue profectus,  
Profundo uerbum, Cacus quoq; iunge propino,  
Procurro, Orion, Corcyra ac insula quædam,  
Humulus, & cratis, silenus, Criticus, atq;  
Rutilius, rudo, vel Lycas, atq; Pyrene,  
Dolon, Curetes, Verum tu plura notabis.

### De regula

Regula iam ueniet, qua syllaba prima patebit.

Præteritum quoties dissyllabon inuenietur,

Producit primam, ceu legi: tolle fidiq;.

Tolle dedi, atq; tuli, stetit, & bibit, ac scidit ipse,

Abscido abscidi: abscindo tamen abscidit effert.

¶ Regula generales quibus primæ syllabæ quanti-  
tas innotescit tres ponuntur. Prima est, Omne præte-  
ritum dissyllabum primam producit, ut legi, feci, lu-  
si. Hinc sex excipiuntur, fidi à fido, dedi à do, tuli à fe-  
ro, steti à sto, bibi à bibo, & scidi à scindo.

Præteritum geminans, primam sibi corripit, usq;:

Pendo demonstrat solitum formare pependi.

Cætera præsentis naturam quippe reseruant.

His tamen exceptis, genui, posui, potuiq;:

Nam gigno, & pono, possum, quoq; longa notantur,

Inuenies reperi, repuli, retuliq; legendo:

Repperit inuenies, & reppulit, illud idem sit.

¶ **Secunda regula:** Omne præteritum geminans principium, primam corripit, vt pepēdi, fefelli. Reliqua autem præterita naturam præsentis seruant, vt clamaui primam producit sicut clamo, rapui primam corripit sicut rapio.

Excipiuntur tria, genui, posui, & potui; quæ primam corripiunt, cum præsentia producantur. Coegi etiam primam breuem habet, cogo longam. Reperi, repuli, retuli, vel repperi, reppuli, rettuli per geminatam literam inuenimus.

*Producunt primam dissyllaba cuncta supina.*

*Vt lusum, uisum: tolluntur itumq; , quitumq; .*

*A cieoq; citum, coniunge datumq; , situmq; ,*

*Adde litumue, satumue, rutum, stata iungere debes.*

¶ **Tertia regula:** Supina dissyllaba primam producant, vt risum, uisum. Excipiuntur itum ab eo, quitum à queo, citum à cieo (nam citum à cieo primam longam habet) datum à do, situm à sino, litum à lino, satum à sero, rutum à ruo, & statum à sto.

### De compositione.

*Composito accentu monstratur syllaba quanta est.*

*Perlego, præpono, prædico, præparo dices.*

¶ Qui ignorat, quanta sit prima in simplici dictione, componat eam, & iam accentu deprehendet: vt quod vado primam producit, euado indicat: quod paro primam corripit, præparo demonstrat.

### De uocali ante uocalem.

*Vocalis tamen ante aliam, correpta manebit*

*Nominibus nostris, præter dius simul ac.*

Nomina græca tamen sunt ista ferenda latinis.

Dic fio fiebat item: sed nempe sequenti

R post e, vt fierem, fieres, correpta dicemus.

Græca quidem producta leges, correptaq; multa:

Aonides, Clio, demonstrat Iulius, iola.

¶ Vocalis ante vocalem in latinis dictiōibus corripitur, vt pius, meus, tuus, suus. Excipiuntur dius & aer, quæ primam producant: hæc tamen græca sunt dicenda: Fio etiam primam producit, & inde formata: nisi quando i, e & r, subsequuntur, vt fierē fieri. In græcis sæpe vocalis pducitur ante vocalem, sæpe corripitur: vt late Dionysius Nestor scribit: qui diligentissime latissimeq; de syllabarum quantitatibus tractauit.

### De media syllaba.

Syllaba quinque modis mesa noscitur ipsa Latinis:

Diphthongo, positu, exemplo, accentu quoque bino,

Vocali ante aliam, diuisim cuncta patebunt.

¶ Media syllaba quinque modis cognoscitur, diphthongo, positione, exemplo, accentu, & vocali ante alteram vocalem: adduntur à quibusdam duo modi: diminutio, & regula.

Diphthongus longa est: positus quoque longus habetur.

Pandit lenæus, comædia, siue repostus.

¶ Diphthongo & positione, media syllaba producit, vt lenæus, comædia, adustus gubernio.

Noscitur exemplo, fiducia quanta locetur.

Omnis spes Danaum, & cepti fiducia belli



Bacchius Ruffinus ait, non bacchius autem.  
Principium bacchius erit, concludet iambus.

### De medijs communibus.

Communes medias quædam seruare notabo.

Contudit Syphacem pharsalia, siue Bathauri.

Cyane cyane, lecythus lecythus atq;

Connubium Cybele, bebrycis, siue Cybelle:

Orion dices orionis ac orionis.

Aegæona ferunt aegæona sepe poetæ,

Porsena, sice dule. Porsenna et iunge Sicamus.

Vrere quam potuit contempto Mutius igne, Mar. lib. 1.

Hanc spectare manum Porsena non potuit.

Nec non Tarquinum eiectum Porsenna iubebat. S. Aencl.

Accipere.

Plura quoq; inuenies sita sic, relegendo poetas.

Communem retinet mediam ablatiuus, eodem:

Ne placeat curru seruus portatur eodem: Iuue. sat. X.

Non eodem cursu respondent ultima primis. Cato.

Non eodem semper spatium portata teruntur. Ci. in or.

Hoc eodem ferro stillet uterq; cruor. Prop. 2.

Vno eodemq; tulit partu: Maro protulit ipse. Verg. X.

Sic etiam dices in, eadem, posse notari.

Vna eademq; uia sanguisq; animusq; sequuntur. Aene. X.

Hac eadem rursus Ligdamæ curre uia. Prop. 5.

### De accentu

Accentus lex est, qua syllaba tollitur ipsa,

Deprimiturue tibi, quicq; romane ferendo.

Est gravis accentus, circumflexus, uel acutus,  
Ast circumflexus, uocem leuat & premit ipsam.  
Noscitur accentu solum penultima quanta est.  
Sidera, latratus, fortuna, uel indicat ample.  
Semper, ubiq; feras uel ibidem: corripe nunquã.

¶ Accentus est certa lex siue regula, ad leuandum  
deprimendumue syllabam vniuscuiusq; dictionis.  
Est triplex: gravis, acutus, & circumflexus. His  
omissis penultima syllaba duplici accentu cognosci-  
tur, producto & correpto: producto, ut natura, for-  
tuna: correpto, ut tabula, sidera. Sæpe tamen fallit  
nos accentus, ut virgili, mercuri, vtraq; & pleraq; no-  
minatiui aut accusatiui casus: calefacis, frigefacis, &  
similia, penultimam acuunt, quæ tamẽ in metro cor-  
ripiuntur. Contra vero deinde, exinde, proinde, ex-  
aduersum, quiesco, nimirum, siquando, Michael, Ra-  
phael, Israel, Barrabas & similia, penultimam doctis-  
simorum iudicio grauant, quam versificatores pro-  
culdubio producant.

Ante aliam semper uocalis corripitur  
Vocibus in nostris: ut gloria, filius, ac die  
Vnius unius, uel sic cognata reponas  
Alterius tantum uel alius dicere debes.  
Consona præcedens es quintæ, res tibi monstrat,  
Tradit e correptum genitiuo siue datiuo.  
Nanq; rei format fideiq; fides generabit.  
At si præcedet uocalis: longa sit e tunc.  
Ostendit facies faciei siue diei.  
Aulai pro aulæ recte producere debes.

Dic choream, plateumue, choream, siue plateam.

Sic maleam dices, maleam nomina græca.

Corripiunt partim, partim producta uidebis.

Oceanus, Simois, docet id, spondeus, oreas.

¶ Vocali ante alteram cognoscit media syllaba nam illa in latinis dictionibus corripitur, vt: dubius, tenuis, gloria, filius. Excipiunt genitiui in ius, q̄ habent penultimam cōmunem, vt: solius, vnius, illius. Alterius tamen penultimā corripit: Alius vero semper p̄ducit: Nomina item quintæ declinatiōis in ies terminata, penultimam genitiui & datiuī p̄ducunt, vt speciei, diei. Sic aulai, terrai, pictai, pro aula, terra, picta, penultimam longam habent. In græcis nominibus, vocalis ante vocalem, modo producit, vt, spondeus oreas: modo corripitur, vt oceanus Simois; mō est cōmunis, vt chorea, platea, malea.

### De ultima syllaba,

Ultima noscetur triplici ratione Latinis.

Diphthongo, vt musæ: positu quoq̄, sicut amarent.

Regula prædictis quamplurima iungitur apte:

¶ Ultima syllaba tribus modis cognoscit, diphthongo, vt musæ, vt heu: positione, vt sapiens, pars, fors: & regula. Præterea cognoscitur exemplo: vt, ver pro ducitur, dicente Ouidio:

Ver erat æternum placidique repentibus auris.

### In A.

Omnia lector in a debes producere, sicut  
Interea, contra: tolles, ita, vel quia, tantum.

Ultra, vel frustra, verum communia legi.  
 Ima vehunt, celi luxit dum frustra frequenter. Ruf. in ara  
 Curaq; nil prodest, nec ducitur ultra cicatrix. Sere.  
 Casus in a brevis est, praterq; sextus, vt aula.  
 Quintus item graecus, quem reclus in as generabit:  
 O Palla, Aenea, diama, Bitia, Peliacq;  
 In rectoq; etiam muliebria sepe Pelasgum  
 Produxere, velut Tegea, Nemeacq;, Rheae,  
 In ginta inuenio communia: corripe genta.  
 Quadringenta, docet, vel quinquaginta, Michael, In The.  
 Quinquaginta viros: prologo dixere secundo. In sat. 2.  
 Quadraginta dedit gracchus sestertia dotem. Mar.  
 Mutua q; nobis ter quinquaginta dedisti,  
 Sexaginta teras cum limina mane senator.

¶ Dictiones in a desinentes producuntur, vt con-  
 tra, interea, ama. Excipiuntur ita & quia, quae corri-  
 piunt. Ultra & frustra habent vltimam communem.  
 Omnes etiam casus in a corripuntur, prater ablatiuū  
 & vocatiuū nominis graeci in as terminati, vt Palla,  
 Aenea, Borea. Quaedam etiam graeca nominatiui ca-  
 sus femini generis a producunt, vt Tegea, Nemea,  
 Rhea. Nomina item in, ginta, habent vltimā cōmu-  
 nē, vt triginta, quadraginta, quinquaginta: sed quae  
 in genta finiuntur, semper corripunt.

### In E.

Producentur in e monosyllaba, me, seu, te, se.  
 Ipsaq; pro e, breuiat: quae longa est semper vbiq;  
 Rite, ne, pro an, breuis est: prohibens, ne, longa manebit  
 Ne quosq; pro certe, vel pro vt non, longa docetur.

Ve populo dicens, producas: corripe pro vel.  
 Fœmineum nomen Græcorum sit tibi longum.  
 Penelope, Libyc, Nerine, pandit abunde.  
 Quintæ ablatiuum produc: ternæ breuiabis.  
 Excipiturq; fame, tabe communis habetur.  
 Diphthongo primæ genitiui, siue datiui,  
 Recti, vel quinti plurales, sunt bene longi.  
 Exemplum musæ demonstrat, siue poetæ.  
 Quippe vocatiuus primæ sextusue Pelasgum  
 Producent semper: docet Anchise vel Achate.  
 A dandi casu deducta aduerbia produc  
 E sumunt quoties, mutato o: pandere possunt:  
 Doctè, vel stultè, breuia male vel bene semper.  
 Illa ferè fermè quarè & producere debes.  
 Induperatiui longi quoq; sunt secundæ.  
 Dic vale siue vale, quoniam reperitur vtrunq;  
 Idq; quod ignoti faciunt vale dicere saltem. I. tristiū.  
 Tu tepe, communem lector, cale, vel lique ponas.  
 Alta tepefaciet permixta sanguine cæde, Catul.  
 Tura liquefaciunt peligni septimus inquit, Oui. in 7.  
 Omne aliud iam iam polysyllabon est breuiandum.  
 Scribere, demonstrat, prope, gausape, cepe, cubile.

¶ De dictionibus in e terminatis, octo datur regula.  
 Prima, Monosyllaba in e producuntur, vt me, re,  
 se, de, præ, e. Excipiuntur, q, ne, & ve, coniunctiones.  
 Secunda, omne græcum nomen in e, fœmini generis  
 vltimam habet longam, vt penelope, libyc, nerine.  
 Tertia, Ablatiui quintæ declinationis in e, produ-

euntur: tertiæ vero corripuntur. Excipitur fame, quod ultimam habet longam, & tace quod habet ultimam indifferentem.

Quarta regula: Genitiui & datiui singulares, ac nominatiui & vocatiui plurales, primæ declinationis, ultimam ratione diphthongi producant, ut musæ, poetæ.

Quinta regula: Vocatiui & ablatiui græcorum nominum in e producantur, ut Anchisæ, Achate.

Sexta: Aduerbia in e, deducta a datiuo in o nominis adiectiui, producuntur, ut docte, pulchre, tute, clare, stulte. Sed male & bene, semper corripuntur. Ferre etiam, ferme, hodie, & quare producantur.

Septima: Verba imperatiui modi, secundæ coniugationis, e producant, ut doce, tene: Vale tamen vltima breui, inuenitur. Caue & vide nonnunquam corripuntur, quod olim tertiæ coniugationis erant cauere & videre. In verbis quoque compositis, tepescio, calefacio, liquefacio e communis est.

Octaua regula: Omnia alia polysyllaba in e corripuntur, ut amare, docere, scribere, audire, velle, domine, tempore.

### In I.

Infinita velut studui producito cuncta.

Græcorum quintus, ceu Thebai, corripietur.

Sicque datiuus aget, d iuncto: id Phyllidi monstrat,

Tyndaridi verum, Paridique, Propertius inquit:

Stattius, ac Thetidi, quare sic plurima cernes,

Præcipue quoties, is, nomina græca tenebunt,

Ast, ubi, siue mihi, tibi, vel sibi, lector ibiue,

lib. 3.

**Communes legi, nisi vel quasi corripuntur,**  
**Sæpe, quasi, Ruffus vertens producit Aratum,**  
 ¶ Dictiones in i producuntur, vt magistri, studii,  
 Excipiit vocatiuus græcinois, vt Thebai, Amarylli,  
 Alexi, Et datiu<sup>9</sup> à græco noie in di, vt Palladi, Phylli  
 di. Ponuntur ramen huiusmodi datiuu interdum vl-  
 tima longa. Vbi, mihi, tibi, sibi, ibi, vltimam commu-  
 nem habent. Additur cui, quando est dissyllabum.  
 Nisi & quasi corripuntur frequentius: quandoq; ta-  
 men producitur, quasi. Lucre. lib. ij  
 Et deuicta quasi cogat ferre patiq; Ruff. in ara.  
 Vt nec curua quasi declinat cornua.  
 Melius tamen corripitur, quia cæsurae licentia vide-  
 ri potest, vt apud Sidonium in Epita. Polemij.  
 Sint tamen, penitusq; nisi nihil esse probentur.

### In O.

Omnia (ceu do, sto) monosyllaba longa feruntur.  
 Producent, breuiantq; simul polysyllaba verba:  
**Nomina item: veluti curro, currendo, Catoue.**  
**Ablatiuus enim producitur atq; datiuus:**  
**A domino monstrat. Duo, semper corripietur.**  
**Sæpe, ego, communem sacri posuere poeta.**  
**Frater ego tibi sim filius vnus ego.** Propert. 2.  
**Græcula, ceu Dido, vel Sappho, longa tenebis.**  
**Tanto vel quanto, sic cuncta aduerbia produc.**  
**Illico, corripies, modo, mutuo, vel cito semper.**  
**Commune est, ergo, crebro, sero atq; profecto.**  
 ¶ Omnia in o monosyllaba producuntur, vt do,  
 sto, pro, fio. Polysyllaba verba, & gerundia habent vt

timam communem, vt curro, lego, currendo, legendo. Nomina etiam habent vltimam communem, vt homo, virgo, formido, latro. Excipiuntur datiuus & ablatiuus, vt magistro, domino. Duo semper habet vltimam breuem. Græca etiam in o produci solent, vt Dido, Sappho, Erato, Clio. Aduerbia præterea in o producenda sunt, vt tanto, quanto, vero, falso. Excipiunt illico, modo, mutuo, & cito, quæ semper corripuntur. Ergo, crebro, sero, & profecto, vltimam communem habent.

### In V.

*V longam pones: veluti cornu, vel amatu.*

### In C.

*In c producas: ceu, fac, dic, duc, simul hæc.*

*Excipitur donec, lac, nec, quia corripuntur,*

*Hic pronomem, erit commune: aliàs bene longum.*

*Faciuniores nonnulli produxerunt, & Ouidi. i. de remed. am.*

*Durius incedit: fac ambulet, omne papillæ.*

*Item pri. de arte aman.*

*Hos hac Armenios, hæc est Danaëia Persis.*

*Sed & idem Quidius alibi corripuit, cum inquit:*

*Mille fac esse iocos, turpe est nescire puellam. Ets*

*Phylli fac expectes Demophoontra tuum.*

*Martial. etiã corripuit in lib. v. epigram.*

*Signa rarius aut semel fac illuc. Analogia id etiã ostēdet: nam dic, duc, fac: pro dice, duce, face, dicimus, per*

*apocopen: abiecta autem e litera, vocalem quæ ante c est, naturalem quantitatem seruare æquum est.*



Vnde dic, due, producenda: fac vero corripendum est. Sulpitius tamē Verulanus putat, fac natura pro duci, & vbi corripitur, more veterum face legēdum censer: sed eius opinioni Nestor Nouariensis nō sub scribit.

**B, d, corripitur, sic m, t, ni positus sit:**

**Vel sit diphthongus: vel syncopa facta poetis.**

**Sub, vel ob ostendunt, ad, sed, caput, occiput, unq̄:**

**Insignita forent tum millia militum osto,**

**Ennius.**

**Magnus ciuis obit, & formidatus Othoni.**

**Iu. sat. 6.**

**Quis nescit, aut quis non vidit vulnere Palis?**

### In H.

**Ach, yach producunt.**

¶ In h sunt lōga, sicut monosyllaba, & indeclinabilia, in a, vt ach & yach, pro aha & vaha.

### In L.

**L breuis semper: ceu sal, semel, Annibal, & mel,**

**Sol, nil, produces, Gabriel, Pol, siue Michael.**

¶ In l corripit̄ur: nisi exeant in ol, vt sol, pol: quae producuntur, & nil, sed nihil, corripitur. Producentur etiam in l facientia elis, penultima longa, vt Michael, Gabriel,

### In N.

**N producatur, ceu titan, quin, Helicon, splen,**

**Excipe tu forsā, vel forsitan, attamen, exin,**

**In, vel an, atq; viden: sic crescens per genitiuum,**

**(Vt nomen) producit: hymen, Syren quoq; semper.**

An nullas proferre preces, Balbus tamen inquit. Lib. 9

Rectus in, in, delphin demonstrat, longus habetur.

Ilium ac Pelion breuies, sic plura Pelasgum.

Quartus in in breuis est: ceu Tigrin, Thirsin, & Ifin,

Quartus in an primæ, vel in en producitur vsq;

Indicat Aenean, Anchisen, Penelopēnue,

Fœminei quartus dans, an breuiatur vbiq;

Maian & Aeginan, sed Naso in tristibus inquit:

Qui legis electran, & egentem mentis Orestem. l. tri.

¶ Dictiones in n producuntur, vt pean, tiran, splen,

quin, helicon. Excipiuntur forsan, forsitan, tamē,

attamen, exin, in, en & apocopata, vt viden.

Nomina item in en, quæ inis habent in genitiuo, vt

nomen, lumen. Nonnulla etiam græca in on, vt Ili-

on, pelion. Et Accusatiui in in desinētes, vt delphin,

alexin, & accusatiui in an fœminini gñis, vt Maian,

Aeginan.

### In R.

Omnia lector in r correpta, vt Cæsar & imber.

Produceas aer, craterq;, staterq;, character,

sic & iber, æther, cur, fur, panther, quoq; lar, far,

Ver, nar, par, dispar, vel compar, compositiua.

Cor commune leges, amor, atq; dolor, pavor atq;.

Plurima sic etiam: ni forte figura notetur.

¶ Dictiones in r finitæ, habent vltimam breuem,

vt Cæsar, mater, martyr, lector, murmur. Excipiunt

aer, crater, stater, character, iber, æther, cur, fur, pan-

ther, lar, far, ver, nar, par, & eius cōposita q̄, pducunt.

Cor, amor, dolor, pavor, cōmunia legunt: sed amor,

dolor & pavor rectius corripiuntur, quod autē longa, & plura eis similia inueniuntur, figurate à poetis factum est.

### In As.

*As finita (velut pietas) producit cuncta.*

*Corripe græca tamen: si, dis, genitiuus habebit.*

*Palladis vt Pallas. Plurales corripe quartos.*

*Græcorum ternæ, velut Arcadas ac elephantas.*

¶ In as producuntur, vt pietas, & accusatiuus primæ. Excipiuntur græca in as, quæ faciunt adis vel ados in genitiuo, vt pallas, dis, vel dos. Omnis etiam accusatiuus tertiæ corripitur, vt arcadas, elephantas, priamidas, à priamis &c. Neq; omnia græca in as corripuntur: quia pallas pallantos, & similia producuntur.

### In Es.

*Es retinens producit, species ostendit, & hæres.*

*Corripe multa tamen, penes, inquires, es quoq; verbum,*

*Compositiua simul. Breuis & penultima crescens.*

*In quibus est breuia, teres vt miles, simul hospes.*

*Hic tamen excipimus paries, aries, abies, pes,*

*Resq; ceres, & spes, iungantur compositiua.*

*Plurales casus græcorum corripe semper.*

*Lampades accipiam, vel Troades aut Garamantes.*

¶ Dictiones in es producuntur, vt species, hæres, doces, leges, audies. Multa excipiuntur, vt penes, inquires, es verbum, & composita, vt, addes, abes, potes. Nomina item quorum genitiuus crescens, penul-

timã corripit, vt teres teritis, miles militis. Hinc exci-  
piuntur aries, paries, abies, pes, res, ceres, & spes, cum  
compositis, vt expes, bipes, tripes, quæ vltimam lon-  
gam hñt. Græcanomina in es pl̄is numeri corripì  
untur, vt rhetores, lampades, garamãtes, troades.

### In Is.

Is correpta manet, tum Græcis tumq; Latinis.  
Vt Paris, ac ignis: produc Simoeis, Pyroëisq;  
Thetyos & Thetys, Thetis ac Thetidis breuianda.  
Sic micat aut rutilus Pyroëis autore corusco. Colu.  
Et formidantem patrios Pyroenta dolores.  
Balbus ait quinto, recto ei diphthögus habetur. Pris. in. 7.  
Delphis Delphinis, sic Aris, sic & Eleusis.  
Vel Delphin, Arin, & Eleusin longa manebunt.  
Producti recti, quibus a penultima, crescens  
Longa datur patrio: Samnis Samnitis id offert.  
Casus in is numeri longus pluralis habetur,  
Vt quis uel nobis, dominis. Vis, sis, quoq; longæ.  
Sic nolis, quamuis, adsis, & compositiua.  
Is uero, quis, bis, mis, tis, sunt corripienda.  
Verborum quartæ (uelut audis) ultima longa.  
Nescis uel dormis, communia legimus esse.  
Producunt fueris, dederis, legerisq; poetæ.  
Longa uelis, mauis, is uerbum & compositiua.  
Vt transis, uel adis, uel obis: sic cætera cuncta.

Græca & latina in is corripuntur, vt paris, ale-  
xis, lapis, ignis. Excipiuntur Simois, & Pyrois, Te-  
thys Tethyos vltimam cum prima producit. Virg.

in primo Georg.

Tēq̄ sibi generum Tethys emat omnibus v̄ndis.  
Sed theris theridis, habet vltimā cum prima breuē.

Stadius:

Iamdudum tacito lustrat Thetis omnia visu.  
Delphis item, aris, & eleusis vltimā producant, quæ  
indifferenter in is vel in terminantur. Nomi-  
natiui etiam producentes penultimam crescentis ge-  
nitivi, habent vltimā longam, vt dis, lis, samnis. Plu-  
rales item casus in is producantur, vt dominis, no-  
bis. Quis datiu & ablatiu casus producit, quis no-  
minatiui casus corripitur. Vis & sis cum composi-  
tis producant, vt maus, adsis, præsis. Similiter velis  
& nolishabent vltimā longam. Verba quarta cō-  
iugationis, secundā personam singularis numeri, p-  
ducunt, vt venis, audis, abis, ibis, redis, & cætera id ge-  
nus. Is pronomen nominatiui casus corripitur.

In Os.

*Os longum fiet, uelut os orisue sacerdos.*

*Ostamen ossis habens, breuiandum compos, & impos.*

*Corripe græca, uelut chaos, ilios: ac genitiuos,*

*Tethios iliados: longa heros, tros, quoq; minos,*

*Androgeos, & athos, uel rhinoceros, philerosue.*

In os producant, vt os oris: corripitur autem os  
offis. Item compos, & græca nominatiui aut geni-  
tivi casus, quæ non habent omega, vt logos, iliados;  
producantur autem, quæ mutant os in oos, aut otos  
penultima longa, vt tros, minos, heros, rhinoceros.  
Item androgeos, & athos.

In Vs.

Vs breue: ceu *Marius*: monosyllaba longa, uelut *thus*  
Sic etiam *tellus*: quibus & penultima crescit  
Longa quidem semper: palus est communis habenda,  
Quarta autem patrium producit, treis quoq; plures.  
Longi graecorum patrij: *didusue*, *calipus*.  
Longa manet, *Hydrus*, *Panthus*, *Amatusue*, *Melampus*,  
Pus retinens breue fit, quoties iunxere secunda.  
*Oedipus* ostendit: graece *oedipos* atq; *melampus*.

¶ Dictiones in vs finitae corripuntur, ut *caedidus*,  
*albus*, *tempus*. Excipiuntur monosyllaba, ut *thus*, *ius*,  
*plus*, *rus*. Et ea nomina quae v longam habent in pe-  
nultima crescentis genitiui: ut, *virtus*, *salus*, *tellus*, *pa-*  
*lus*, quod *Horatius* corripuit. Genitiuus item singu-  
laris & nominatiuus, accusatiuus ac uocatiuus plura-  
les quartae declinationis in vs, pducunt, ut *fructus*,  
*manus*. Praeterea genitiui a graecis in o, ut *sapphus*,  
*didus*, *clius*, *calipus*. Multa praeterea graeca producuntur,  
ut *hydrus*, *pathus*, *amathus*, *melampus*, *oedipus*.  
Sed si in pus exeat, & fit secunda declinationis, corripitur,  
ut, *oedipus*, *oedipi*.

De carmine elegiaco.

Elegiacum metrum, binis versibus constat, hexametro,  
heroico, subiuncto quinario.

**Carmen sapphicum hendecasyllabum.**

- u - - - - u u - u - u

- u u - -

Condere constituam *sapphus* a nomine carmen:  
Antetrocheus erit, spondeus dactylus inde,  
Primus item binus, tribus autem uersibus actis,

*Versiculum herous, spondeus & edere debent.*

**Ad Michaelem Augurem.**

*Te deus summo titulo decoret,  
Tradat & mundi regimen superbi.  
Regiam posthac teneas olympi  
Chare Michael.*

¶ Sapphicus versus, à Sappho inuētrice nomē habet. Pentameter dicitur à numero pedum. Hendecasyllabus, quod est vndecim syllabarum. Constat primo trochæo, secunda spondeo, tertio dactylo, quarto & quinto trochæo. Solet autem tribus sapphiciis versibus versiculus, qui adonius dicitur, adiungi, ex dactylo & spondeo constans. Sapphicus vero sic scanditur.

*Te de, us sum, motitu, lo de, coret.*

**Metrum Dactylicum asclepiadeum**

— — — UU — — UU — UU

*Metro asclepiadis spondeus dactylus insit.*

*Hinc cæsura datur, duplex sit dactylus inde.*

**Ad Hieronymum Maseriū Forliuientem.**

*Iam tempus redeas dulcior omnibus,*

*O mi diuitijs culte Hieronyme.*

*Magnam cui tribuit Iuppiter optimus*

*Rerum notitiam, cui loca siderum,*

*Cui cæli ratio cunctaq; climata,*

*Noscuntur penitus, carmine dulcior*

*Nato Calliopes, cultus in omnibus,*

*Quare iam repetas atria principum.*

¶ Metrum Asclepiadeum, ab inuentore Asclepia  
de nominatum, constat spondeo, dactylo, cæsura, &  
duobus dactylis, vt: Iam tem, pus rede, as, dulcior, oĩ  
bus. Alij etiam sic scādunt Diomede teste: Iam tem,  
pus redeas, dulcior om̄ibus. Est enim spondeus, cho  
riambi duo, inde Pyrrhichius.

¶ Auctarium.

Nato Calliopes. i. qui natus est ex Eagro fluuio, &  
Calliope musa: quam Calliopeiam in buco. Maro  
vocat, dicens: Orphi calliopeia.

### Metrum Phalecium hendecasyllabum.

-- -uu -u -u -u

Quinq; pedes versus capit hendecasyllabus apte  
Spondeum heroum capiet treis inde trocheos.

#### Ad lectorem.

Paruo percipies labore nostris  
Artem carminibus, benigne lector.  
Non paruo mihi constitit docere:  
Nam legi uarios diu libellos,  
Quo posset mea tutior uagari  
Elio: iam ualeas amice felix.

¶ Phalecius versus à Phaleco inuentore dictus  
est, vt scribit Perottus, vel vt alij dicunt phaleucius à  
phaleuco. Georgius Val. in lib. de poetica semp pha  
lecium, nunquam phalecium vocat: Constat autē  
primo spondeo, secundo dactylo, deinde tribus tro  
chæis, vt Paruo, percipi, es la, bore, nostris.

PERORATIO. Vale tyrūcule, & his paucis p̄ceptis



ad maiora te confer. Hos equidem commentario-  
los breues esse volui, neq; studium fuit ex alienis li-  
bris quæcunq; potuissem, conquisita congerere.

De pedibus metrorum secundū Fab-  
bium & Diomedem.

- Spondeum faciet dissyllaba dictio longa. *Ut musæ.*  
— Contra est pyrrichius, periambus dibrachus atq;.  
— Longa breuisq; dabuntue choreum siue trocheum. *dixit*  
— Prima breuis, tū longa sequens, formabit iambum. *Amant.*  
Ipse choreus erit tribrachusue trocheus habendus.  
Quod nono Fabius meminit Romane Michael.

Auctarium ex Despauterio.

¶ Spondeus dicitur à sponde, id est, libamentum  
& sacrificium, quia sacrificantes eo frequenter utebā-  
tur: ideo etiam pontificius dicitur: & pes stabilis, quæ  
cum magna grauitate pronuntiatur. Pyrrhichius à  
Pyrrhica saltatione, quam Pyrrhus primus in Creta  
instituit, vt libro vij. scribit Strabo: ideo saltatiōi est  
aptissimus. Alij à concitatione quadā ignea, qua mo-  
uetur, hunc pedem dictum volunt. De pyrrhica sal-  
tatione, quæ pyrrhiche dicitur, Suetonius in Casa-  
re. Pyrrichen saltauerunt, Asiæ Bythiniaq; principū  
ludis. dicitur etiam periambus.

Trocheus à trechin, id est, à currēdo: vel à trocho, id  
est rota: quia in versu rotatim ac volubiliter fluit, di-  
citur etiam rutulus & Choreus.

Iambus ab iambizin, id est, à maledicendo. Est enim  
pes, versibus maledicis aptissimus. Alij à Iambe pu-  
ella deducūt. Appellat quoq; daunius, & gradarius.

## Octo trisyllabi.

Dactylus è longa fiet, breuibusq; duabus:	Vt Martius	--UU
Dactylus herous quoq; dicitur, ut Fabius uult.		
Binus è breuibus longa simul, est anapestus.	Species	UU--
Hic etiam fertur græce antidactylus idem.		
Tresq; breues tribrachum faciunt: refert bene monstrat		UUU
Treis longasq; molossus habet contrarius illi. Cantabant		---
Iunge duas Igoas, mediante breui, amphymacrus fit: Cha.		--U--
Pes tamen à Fabio uocitatur creticus idem.		
Inter longa breues amphibrachus est: ut amantur.		U-U
Eq; breui baccheius erit longisq; duabus.	Egestas	U--
Si binis longis correpta est syllaba iuncta		
Antibacchiusue, palinbacchius habetur.	Natura.	--U

## Pedes trisyllabi.

- ¶ Dactylus à dactylis, id est, digitis, vel à Dactylis  
Cretæ populis, qui hoc pede plurimum vsi dicun-  
tur. Dicitur etiam politicus, vel heroicus.
- Anapestus ab anapin, id est, reperiendo: quia so-  
no reciproco recurrēdo, dactylum reperiunt: ob eā  
rem antidactylus appellatus.
- Tribrachus à tris, id ē, tres, brachys, id est breuis, q̄-  
si ex tribus breuibus.
- Molossus cuius modulatiōe ad bellum proceden-  
tes Molossi Epirotæ dicuntur vsi. Hinc molossus  
appellari grammatici asserunt.
- Hippius dicitur, quia equestri pugnae conueni-  
ebat. Hippos enim equus est. Vocatur quoque, vsi

Franciscus Niger ait, *vertumnus*, & *Extensipes*, & *Canius*.

*Amphimacer* vel *amphimacrus* utrunq; recte dicitur, teste Nestore: Ab *amphi*, id est *circum*, & *macro*, id est *longus*: quia breuem circa longas habet. Dicitur etiam *creticus*, quia *Cretes* saltado eius *rithmica* compositione utebantur.

*Amplibrachus* ab *amphi*, id est, *circum*, & *brachys*, id est, *breuis*: quia *circum breues* est *longa*. Dicitur etiam *scholius*, quia *scholio*, quæ erat *citharæ* species conueniebat.

*Bacchius* sic dictus, quia in *Bacchi laudib<sup>9</sup>* eo utebatur. Producit aut hoc nomen penultimã. *Ruff.*

At finis *bacchius* erit, breuis vltima claudet.

Appellatur quoq; *œnotrius*, *tripudius*, & *saltans*. *Antibacchius* siue *palimbacchius* est *pes*, *bacchio* *contrarius*: ab *anti*, id est, *contra*, & *palin*, id est, *rursus*, vel *contra*: diciturq; *Latus*, *Saturnius*, *propompicus* & *Theselus*.

Sedecim tetrasyllabi.

- |      |                                                                                                 |                    |
|------|-------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------|
| UUUU | At proceleusmatico correptæ quatuor insunt.                                                     | <i>Ariete.</i>     |
| ---- | Est dispondeus semper contrarius illi.                                                          | <i>Oratores.</i>   |
| -U-U | Longa breuis, dehinc longa breuis, iungantur in unum, Distrocheus erit, uel dichoreus habendus. | <i>Vindicator.</i> |
| U-U- | Est breuis & longa, breuis & longa dijambus.                                                    | <i>Amœnitas.</i>   |
| -UU- | Longa duæq; breues, & longa simul choriabus uersificas.                                         |                    |
| U--U | Anapestus erit breuis, & bis longa, breuisq;.                                                   | <i>Videretur.</i>  |
| --UU | Tuq; duas longas, breuibus præpone duabus.                                                      | <i>Deponite.</i>   |
| UU-- | Ionicus maior: minor est contrarius illi.                                                       | <i>Diomedes.</i>   |
| -UUU | Primus erit pæan, longa breuibus tribus adde.                                                   | <i>Letitia.</i>    |

Longa secunda, breues alie tres, sitq; secundus.	Amabilis	u - u -
Tertia longa, breues alie tres, tertius extat.	Alienus	u u - u
Quartaq; longa, breues alie tres, quartus hētur.	Celeritas	u u u -
Primabreuis, longæ tres, primū dant epitritum.	Sacerdotes	u - - -
Sitq; secunda breuis, longæ tres, sitq; secundus.	Cōditores.	- u - -
Tertia sitq; breuis, tres longæ, tertius esto.	Hæreditas	- u - -
Syllaba quarta breuis, longæ tres, quartus hētur.	Oratores	- - u -
Hippius hic etiam fertur pes à Diomede.		- - - u

¶ Dispondeus, quasi ex spondeis duobus: vt mce tenates.

Proceleusmaticus ex duobus Pyrrhichijs: vt ariete, à proceleuin dicitur, id est, exhortari & suadere, quia n̄ qui se ad aliquod opus faciendum, ad molem impellendam vel attollendam hortātur, frequenter ob nimiam celeritatem hoc pede vtūtur: hinc celeusma est nauticus clamor quo prorera, id est, custos & gubernator in nauis prora remiges hortatur. Mart. Lentostingitis ad celeusma remos.

Hierony. ad Helio. Quoniam è scopulis enauigauit oratio, iam epilogi celeuma cantandum est. Dichoreus ex duobus choreis, id est, trocheis, vt cantilena. Trocheus autē vocatur choreus: qa chorus aptissimus est.

Choriābus ex choreo & iambo: vt nobilitas. Huic contrarius est anapæstus: vt legabamus.

Pæon syllabis quatuor constat, quarum vnica semper longa est, vel prima: & pæon primus dicitur, vt multiuolus, vel secunda: & pæon secundus appellatur, vt colonia, vel tertia: & pæon tertius vocatur, vt veniatis, vel quarta: & pæon quartus dicitur, vt cele-

ritas. Dicitur Pæon à Pæone inuētore, aut quia laudes  
Apollinis hoc pede cantabantur: qui pæon dicitur.

Epitritus similiter quadrupliciter est, hic semp vni  
cam habet breuem: vel primam, & epitritus primus  
dicitur, vt amauerunt, vel secundam, & epitritus se-  
cundus est, vt, Cantilenæ, vel tertiam, & epitritus ter-  
tius est, vt, discordiæ, vel quartam, & epitritus quar-  
tus dicitur, veluti audiuitis. Dicitur (vt Sulpitius ait)  
ab epi, id est, supra, & tris, semper enim in ijs pedibus  
vna tribus alijs discrepat. Dicitur etiam Hippus pri-  
mus &c.

Ionicus à maiori ex spondeo & pyrrhichio, vt præ-  
conium. Ionicus à minori ex pyrrhichio & spondeo,  
vt Diomedes, peruerse habetur in multis libris cōtra  
rio modo. Dicti sunt Ionici, q̄a Iones populi in car-  
minibus eo pede vtebantur.

### Communium syllabarum testimonia.

Atqui condiderat postquam non repperit aurum, Auso.  
Aptauit callo quem reperit laqueum.

Reppulit à Libycis immensum Syrtibus æquor. Luca. 1.  
Quæq; feros repulit doctis medicatibus igneis. Mede. O

Rettulit ex ferro Rhesumq; dolonaq; casos. Pene. Ou.  
Si reditum retulisset is aut in tempore longo. Catul.

Gradiuus quantas populus spoliauerit urbes. Theb. 4.  
Gradiumq; patrem Geticis qui præsidet aruis. Vir. 4.

Incluta Amazonidum magnosq; exorta Gradiuuo. Bal. 4.  
Et genus à magno ducentem forte Gradiuo. Meth. 5.

Pelion Aemoniæ mons est obuersus in austros. East. 5.

- Ossaq; cum Pelio cumq; Hæmo cesserit Othrys. Sill. 3.  
 Haud timeam magni dixisse palatia cæli. Meth. 1.  
 Quam tanti fuerit cadere ut palatia cernas. Sill. 12.  
 At noua contemptis surgant palatia flammis. Sta. 1. Sill.  
 Exercet Diana choros quam mille secuta. Virgi. 1.  
 Ter geminamq; Hecaten tria uirginis ora Diane. Vir. 4.  
 Hymen o hymenæ hymen ades o Hymenæ. Cat.  
 Affuit & certis tempora uinctus hymen. Ouid.  
 Viuat Fidenis & agello cedo paterno. Iuuc. 6.  
 Hic tibi Nomentum & Gabios urbemq; Fidenâ. Vir. 6. e.  
 Exesa inuenies scabra rubigine pila. Virg. in geor.  
 Vteris ore aliter, nimiaq; rubigine captus. Mart. in 2.  
 Pondus uti saxi calor ignis liquor aquarum. Lucr. 1.  
 Fict uti cibus omnis & aridus & liquor ipse. Lucr. 1.  
 Prestat Trinacrij metas lustrare Pachini. Virg. 5.  
 Dextra sed Ausonio manus est subiecta Peloro  
 Laua Pachinæ tibi. Ouid. 6. met.  
 E quibus imbriferos uersus Pachinus ad austros. Met. 12.  
 Huic coniunx Sychæus erat, ditissimus agri. Vir. 1. aenci.  
 Anna fatebor enim miseri post fata Sychæi. Virg. 4. aenci.  
 Natura interno cum uiscere tinea serpens. Seren.  
 Agrestes tineæ res obseruata colonis Metha. 6.  
 Condantur parco fusâ phalerna uitro Mar. 3.  
 Condita sic puro numerantur lilia uitro. Mar. 4.  
 Crassaq; conueniunt liquidis & liquida crassis. Lucr. 4.

Fida reor fraterna Ericis portusq; Sicanos.	ænei. 5.
Sicano prætenta sinu iacet insula contra	3. ænei.
Sicanio prætenta legunt aliqui tamen illud.	
Sicanium dedit usq; fretum Balbus canit ipse.	
Et penitus toto diuisos orbe Britannos.	Vir. æglo. 1.
Nam quid Britannis cælum differre putamus.	Lucr. 6.
Hinc Augustus agens Italos in prælia Cæsar.	8. æneid.
Coniecto sternit iaculo uolat Itala cornus.	9. ænei.
Bithynio phrygiæque satum, sed quem sua noto.	Bal. 3.
Quantum & Cappadoces faciunt equitesq; Bithyni.	Iuue. 7.
Hæc quoq; profecto ludebat Iasone Varro.	Prop. 2.
Arcades his oris genus à Pallante profectum:	8. ænei.
Hunc ego te coniunx ad debita regna profectum:	Sta. 12.
Has postquam mœsto profudit pectore uoces.	Catullus.
Impia dementis uulgi & uix tota profudit.	Sil. 10.
Cacus Auentinæ timor atq; infamia solue.	Fast. 1.
Cacus & Alcides sic ait ite boues.	Prop. 4.
His Cacus horrendum Tiberino gurgite monstrum.	meth. 9.
Hiscere tanquam habeas tria nomina quando propinat.	Iuue. 5.
Cœnat, propinat, poscit, negat, innuit unum.	Mar. 1.
Risit & his, inquit, facito mea tela procures.	Fast. 3.
Procurate uiri, & pugnâ sperate parati.	9. ænei.
Quam subito assurgens fluctu nimbosus Orion,	1. ænei.
Noctibus hybernis & sidera terret Orion;	Sta. 1. syl.
Ensiser Orion æquore mersus erit,	Fasto. 4.

- Non meus Orion aut saeuus pleiade thaurus. Vale. Fla. 1.  
 Fertilis est Melite sterili uicina Cosyre, Fasto. 3.  
 Et bellare Tabas docilis Cosyraq; parua. Sil. 14.  
 Atq; himuli pellis totos operibat amanteis. Prop. 3.  
 Vitae hinculeo me similis Cloe. Hora. ode. 24.  
 Huc Lycus, huc Sagaris, Peneusq; Hypanisq; Crathisq;  
 Crathis & hinc Sybaris uestris conterminus oris. Meth. 15.  
 Silenum puer somno uidere iacentem. Vir. bue.  
 Quantum omnis mundus gaudet cantante Sileno. In bu.  
 Ut critici dicunt leuiter curare uidetur. Hor. epist. 2.  
 Aequalis liber est critice qui malus est, Mart. 7.  
 Tam graue magnanimi robur mirare Rutili. De pon. 1.  
 Hanc tibi praeposito memorant dixisse Rutili. Fast. 6.  
 Fame Rutilium suae relinquant. Mart. 5.  
 Vincula recusantum & sera sub nocte rudentum. Virg. 7.  
 Findor, ut Arcadiae pecuaria rudere credas. Per. 3.  
 Inde Lycam ferit exectum iam matre perempta. Virg. 10.  
 Protinus Anthaeum & Lycam prima agmina Turni. Vir. 10.  
 Non sine me est tibi partus honos tua bella Pyrene. Ti. 1.  
 Pyrene misit populus qui nomen ab amne Sil. 15.  
 Antiqui proles bello praecleara Dolonis enci. 12.  
 Retulit & ferro Rhesum quoq; Dolonaq; casos. Penel.  
 Illic bellaci Confisus gente Curetum. Luca. 4.  
 Celme Ioui, largog; satus Curetes ab imbri, Meth. 3.



Mediæ communes.

- Virosq; ualentes contudit crudelis hyems. En.in anna.  
Speratum meritis diram qui contudit hydram. Hor. 2. epi.  
Tolle tuum precor Annibalem uictumq; Syphacem, Iuu. 6.  
Compulimus dirum Syphacem fractumq; Metello, Clau. 5.  
Phausaliã cocunt Pharsalia tecta frequentant. Cat. in. ar. 6.  
Vangiones Batauiq; truces quos ære recuruo. Luc. 1.  
Hic petit Eufratem iuuenis domitiq; Bataui. Iuue. 8. sat.  
Inter Sicilidas Cyane celeberrima Nymphas. Meth. 5.  
Cognita Cyane præstanti corpore Nympha. Meth. 9.  
Lecythus: de hoc uide græcum uocabularium.  
Connubio iungam stabili propriamq; dicabo, Virg. 1.  
Experiar Numidumq; petam conuubia supplex. Virg. 4.  
Occurrit comitum Nympha quas alma Cybelle. Virg. 11.  
Vel tu quæ tardo mouisti fune Cybellen. Prop. ult.  
Hinc uidue Cybeles, illinc sacraria Vestæ. Mart. 7.  
Bebrycis & Scythici procul inclementia sacri. Bal. 2.  
Possessus Baccho seu a Bebrycis in aula. Sill. in. 4.  
Ensiferi nimium fulget latus Orionis. Luca. 1.  
Aut helicen iubeo, strictumq; Orionis ensem. Meth. 8.  
Atq; auro rude fulmen habens Orionis alti. Thes. 7.  
Aegæona suis inmania terga lacertis. Metha. 2.  
Hæc centum gemini strictos Aegæonis enses. Clau. 3.  
Necnon Tarquinium ciectum Porfenna iubebat. Virg. 8.

Hanc spectare manum Porfena non potuit.	Mart. 1.
Cetera quæ patulo lucet ficedula lumbo.	Mar. 1 <sup>l</sup> .
Emergere ficedulas didicit nebulone parente.	Iuue. 14. 1 <sup>a</sup> l.
Fida reor paterna Ericis portusq; Sicanos.	Virg. 5.
Sicana nunc tellus nunc littora Ibera cruore.	Sil. 16.
Ionioq; mari male æq; sequacibus undis.	Virg. 5.
Destinet, & rauca circumsonat ira maleæ.	Sta. 7

Mancinellus Auentino Pitio,

S. D. P.

**E**A quidem omni pertinaci opera curaq; inteta & diligenti quaesita mihi fuisse, ut nosti in clyte adolescens. Tardi namq; ingenij est (quod & Cicero meminit) riuulos consecrari, fontes rerum non uidere, itaq; locis suis autorie nomina, librorumq; certos numeros apposui. Vale nostri memor ex urbe, Nouembris idibus.

M. CCCC. LXXXVIII.

FINIS.

267

*[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side]*

*[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side]*

*[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side]*